

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De proprietatibus rerum

Bartholomaeus <Anglicus>

[Lyon], 21. Nov. 1482

De qualitatibus et humoribus humani corporis. Liber quatus Incipit

[urn:nbn:de:bsz:31-326878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326878)

De qualitatibus et humoribus humani corporis

Liber quartus Incipit.

De humani

itaque corporis et partium eius proprietatibus tractatur ab elementaribus qualitatibus et humoribus et quibus constat corpus est

primus inchoandum.

Quatuor sunt itaque elementa et elementares qualitates et quibus constituitur omne corpus aiatum materialiter. Scilicet corpus humanum, quod inter omnia elementa est nobilissimum et nobilissime inter omnia composita elementa ordinatum. ut puta proprium animalis organum ipsius operationibus tam naturalibus quam voluntariis deputatum. Est itaque corpus hominis compositum ex quatuor elementis. scilicet terra/aqua/aere/igne, quorum quodlibet habet proprias qualitates. Sunt autem quatuor prime et principales. scilicet caliditas et frigiditas, siccitas et humiditas, que dicuntur prime quia primo labuntur ab elementis in elementa. Dicuntur etiam principales, quia ab eis omnes secundarij effectus oriuntur. Parum qualitatium due sunt activae. scilicet caliditas et frigiditas. Alie vero due. scilicet siccitas et humiditas sunt passivae, unde ab istarum qualitatium prevalencia et desidio dicuntur elementa activa vel passiva. Dicuntur autem prime due principaliter activae non quia ille tantum agant, quia passivae similiter agunt, nulla enim qualitas est oiosa in corpore, sed ideo dicuntur hee activae, quia per actiones earum alie habent induci vel conservari. Nam caliditas quae humiditatem quandoque siccitate inducit et custodit, ut potest videri in carne salsa, calor enim solis terrestris partes dissolvit et aquosas et aereas, et sic relaxando/molliendo/a calore inducit humiditas. Siccitatem autem inducit, quia calor agens in humiditate primo eam dissolvit et dissolutam consumit, et siccitas que est lima caloris inducit et etiam conservat. Caliditas igitur est elementaris qualitas summe activa, quod patet per eius effectum, dum enim agit in re aliqua primo eius partes dissolvit, quibus dissolutis/res debiliores efficiuntur, que per partium coherentiam fortior fuerat, et ideo actioni rei agentis nimis resistit. Item caliditas est omnium generabilium arctifera et causa generationis

totius principaliter effectiva. Est autem duplex caliditas. scilicet solans siue celestis. scilicet generans, et best saluativa et generativa, unde quandoque generantur frane et celesti calore in aere. Alia est elementaris et generativa, et hec est corruptiva et consumptiva, sicut quando fit coadunatio fractorum radiorum in puncto alicuius corporis percipiunt, sicut si fiat coadunatio radiorum in speculo potest incendi stupra et reflexione radiorum et comburi. Item inferiorum est ad superiora reductiva, faciendo enim motum a centro ad circumferentiam dissolvit terrestria in aquosa, et aquosa in aerea, et illa in ignea, et sic inferiora et media reducta in sua superiora. Item eorum que dure sunt coactionis est remollientia. Agendo enim in grossam substantiam eam dissolvendo mollicat, ut patet in metallis caloris liquefactis, solvendo enim terrestria in aquosa remollic. Item mollium et liquidorum indurativa, ut patet in ovo igni appposito, quia liquidioribus et subtilioribus partibus resolutis terrestribus partibus remanentibus indurescit. Item densorum est subtiliativa, dum enim motum a centro ad circumferentiam habeat, ut sua rem in quam agit/dissolvit, et sue actioni idoneam reddit, unde cum rem ad simplicitatem reducere laborat per consequens subtiliat. Nam subtilitas grossere rei subtilitas est que in nascitur per minorum partium compactionem, ut patet in glacie que calore soluta subtiliatur. Item virtute sua est depurativa metallorum et rubiginis ipsorum consumptiva. Nam agendo in substantias ipsius metalli ipsas dissolvit et si quid inveniuntur calcant et rubiginis separant et consumunt. Si autem fuerit aurum omnino purum, violentia quidem caloris dissolvitur, sed non consumitur, unde aurum perfecte depuratum, quavis per calorem dissolvatur, non tamen in suo potest diminui. Item caliditas est accidentaliter corruptiva, ut est, videre quando calor plus dissolvit quam consumat, ipsi humores putrescunt et corrumpuntur, ut patet in cumulo frumenti aqua asperso ubi calor indusus a quam resolvit in fumositate, que indusa et retenta grana remollic, et putrescit, et corrumpit. Item naturaliter est gravium alleviativa, dum enim humiditas per calorem resoluta consumitur pondus minoratur, et sic substantia rei levatur. Preterea calore agente in humiditatem fumus generatur, qui fumus alleviatur, et depuratur et in spiritum salicem substantiam leviorem et aeream mutatur, et rem in qua continetur reddit levior. Hinc est quod corpora animalium viventium incomparabiliter sunt leviora quam corpora mortua

De qualitatibus et hūo.

orum ppter calorem et spiritum contentum in
arterijs et in venis. Sic enim corpora aiman-
tium sunt leniora post prandium q̄ ante pro-
pter caloris confortationem/ tamen accidenta-
liter est caliditas aggrauatiua agendo enim i
substantiaz rei subtiliores et leuiorcs partes cō-
sumit/ et remanentibus partibus grossioribus
fit compactio et p̄consequens aggrauatio. per
pororum etiam apertiones et vi caloris fit spi-
rituum euaporatio. et quorum presentia corp̄
leuiatur/ quibus euaporatis/ per ipsorum ab-
sentiam aggrauatur. Item caliditas est coloris
rubri generatiua. agens enim in materiaz par-
tes terrestres resolut in aquosas/ et illas in ae-
reas et in igneas. vnde et ex circūfusione ignearū
partium immutantiū rei superficies color igne-
us/ s. rubeus generatur. sicut est videre in rosis
P̄terea dum p calores calidi humores i cor-
pore generantur ex eorum diffusionē p corp̄is
superficiem color rubeus generatur. Item ac-
cidentaliter est discoloratiua. quia p caliditatē
poros aperientem exalant humores/ et spirit̄
euascent et quorum presentia fiebat colora-
tio eorum absentia color/ discolor generatur.
sicut est videre de rosa rubea q̄ ex fumo sulphu-
ris albescat. Item nimis intensa naturaliter ē
mortalificatiua eo q̄ dum vltimus motus calo-
ris agit in substantiam eam ad vltimum resol-
uit/ et resoluendo in fine destruit et consumit.
Item accidentaliter est viuificatiua. quia p ca-
liditatem prestantem motum cordi et spirit̄
fit spirituum in corpore restauratio et num̄e-
ti membrorum fit competens administratio. et
sic p̄ consequens corpus regitur et viuificatur.
Recollige itaq̄ exp̄dictis q̄ caliditas est
elementaris p̄p̄ietas summe actiua penetra-
tiua. summe mobilis et motiua. generata ex mo-
tu radiorum suis suis multiplicatiua. sui com-
municatiua. illorum in quorum substantiam
agit/ in suam speciem transformatiua. illarum
que frigiditate mortua sunt et destructa viuifi-
cantiua et renouatiua (vt patet in radicibus et i-
plātis que hyemali frigore mortificate vema-
li calore reuiuiscunt. Inferiorum ad superiora
deductiua/ attractiua/ superfluorum consum-
ptiua/ et foridum purgatiua. in materijs diuer-
sis diuersorum immo oppositorum est effecti-
um productiua. et ideo nunc inuenitur rarefa-
ctiua et remollificatiua/ liquesfactiua/ et apertiti-
ua/ et conuerso. nunc condensatiua et indura-
tiua/ constructiua et opilatiua. nunc etiam saluati-
ua/ nunc corruptiua et opilatiua. Est etiā virtu-
te p̄pria soporum immutatiua. nam acetosa et
agrestia cōuertit in dulcia (vt est vide. e in fructi-

bus et in vuis) Per nimiam aut̄ intentionē et
excessum dulcia p̄uertit in amara et in salia. nam
et calore int̄so exirent sanguinē/ sanguis in
colem p̄uertit/ et p̄ eundem aqua p̄ forte ebu-
litionem subtiliores partes aeras cōsumit et ter-
restribus manentibus in salis substantiam tras-
mutatur. Est etiam caliditas crudo:um et indi-
gestorum maturatiua/ et maturationis in fructi-
bus celerius p̄fectiua. vnde in regionibus cali-
dis fructus citius maturantur q̄ in frigidis et
plus dulcescunt. Est etiam formaz et specierum
potentia in materia latēter existentium ad actū
eductiua (vt patet in mineralibus) nam per ca-
loris actionem aurū/ es/ argentū/ et cetera me-
tallice species de lapidibus educantur/ et forma
nobilior vestuntur. Per calorem etiam dissoluē-
tem substantiā cinerū et depurantē cineres in
vtrum p̄uertunt. vnde patz q̄ calor aens et na-
ture est ministr. q̄ mediāre calore nobilissime
spēs et forme tā naturales q̄ artificiales de po-
tentia ad actū educant. Est insuper caliditas
imp̄ssa in aere plurimarū passionū (vt puta nu-
bium/ coruscationū/ fulgurum/ imbriū/ et hu-
iusmodi) generatiua. nam vi sua actiua attra-
ctiua vapores varios/ siccos et humidos ad di-
uersa aeris interstia eleuat. quibus aggrega-
tis et condensatis in nubes calor inclusus
cas alterat in varias species et transmutat/ q̄ s
diuersimode tandē dissoluit/ et dissoluta nūc
in speciem niuis seu grandinis/ nunc in speciem
pluuię seu imbris ad terras vndiq̄ circūsp̄-
git. Est p̄ter hec caliditas suorum subiectoꝝ
a centro ad circūferentiam eleuatiua. vt patet i
elementis in quibus dominatur. s. in aere et in
igne qui summa distantia a centro terre elonga-
tur. hoc etiam patet in oleo quod semper supe-
natar. et in alijs omnibus in quibus naturali-
ter calor vinct. Est insuper dispositionū siue
qualitatum sui subiecti ostensiuā. vt patz i cor-
pore vbi dominat calor. Nam vt dicit constan-
lib. i. c. n. corpus si fuerit calidum/ erit caro ml-
ta/ pinguedo pauca/ color rubeus/ pili multi
nigri vel rubri/ tactus calidus/ intellectus bo-
nus/ homo multum facundus multum mobi-
lis/ audax/ iracundus/ amans et libidinosus/
et multum appetens/ et cito digerens/ aspere
voas/ verecundus/ fortis/ velocis pulsus.
Hec et multa alia ponit constan. signa que ca-
lidi corporis sunt indicia. Et hec de calore di-
cta sufficiant.

Rigiditas est elementaris qualita-
tis quedam actiua. p̄p̄ietas de-
bilior in actiōe q̄ caliditas. Ipsi
enī est moueri a circūferentia ad centrum. et iō
pres subiecti i q̄ agit facit sibi vicinā adberere

etideo tardius et difficiliter perficit in ipso effe-
 ctum suum/quantis etiam naturaliter habeat
 infrigidare/ tamen accidentaliter calefacit. vide-
 mus enim in hyeme quod ex frigiditate constringente
 poros corporis calide fumositates interiora pe-
 tunt/ et non habentes liberum exitum (quod intus
 sunt retente) se occultant et calefaciunt. unde et
 reior frigiditas intus accidentaliter calefacit
Item frigiditas est condensativa. quod frigidita-
 te motum faciente ad centrum pars parti vicini-
 us coheret. partes enim prius erant per interpo-
 sitionem humiditatis separate a centro se iun-
 ctæ/ sed condensata humiditate ad centrum con-
 stringuntur. **I**tem quavis reducendo partes
 ad centrum fit naturaliter coniunctiva/ tamē ac-
 cidentaliter dissolutiva et partium disiunctiva
 sicut patet in cerebro frigiditate aliqua compres-
 sio vi compressionis humiditas in eo conten-
 ta exprimitur/ dilabitur/ et per diversa cerebri emi-
 ctoria dispartitur. ut patet in patientibus cata-
 rum ex causa frigida. **I**tem naturaliter in gros-
 sativa. quod dum per actionem frigiditatis partes
 partibus vicinis coadherent/ totum grossius
 efficiuntur. **P**reterea partes igne per frigiditatem
 compimentem condensant in aereas/ aere in
 aqueas/ et aquee in tenestres/ et sic tota grossior
 efficiuntur. **E**st autem frigiditas accidentaliter sub-
 tilianua. quod quadoque per frigiditatem constringen-
 tem multa fit humiditatis oppresse educio/
 que humiditas contenta in poris substantiam in-
 grossabat/ ex hoc quod illius humiditatis fit edu-
 ctio/ consequitur accidentaliter substantie subtili-
 atio. sicut patet in pelle lota et expressa. **I**tem
 quavis ex constringente partium et ex virtute co-
 pimentem facta evacuatione spirituum fit frigi-
 ditas naturaliter grauanua/ accidentaliter ta-
 men leuigat. quod facta educatione humiditatis quod
 aggregabat/ totius substantie fit alleviatio. **I**tem
 frigiditas temperata est vite et rei conserva-
 tiua. quod dum per frigiditatem humiditas conden-
 satur/ caliditatis intensio retardat. unde sicut
 paulatim humiditas per poros resoluitur/ ita
 resoluta paulatim consumitur. et sic ne calor dis-
 soluat substantiam rei impeditur. et sic ne ferat
 frigiditatis beneficio custoditur. unde in locis
 frigidis et antrosis cadavera paulatim sine fe-
 to: frigiditate resistente consumuntur/ daudunt
 etiam poris frigiditate constringente. unde va-
 pores putidi ne exalent exterius/ ad interiora
 reprimuntur. **F**rigiditas tamen accidentaliter cor-
 ruptiva est et destructiva. nam dum digestio ex
 frigiditate in subiecto impeditur/ tunc impedi-
 ta caloris naturalis actioe debita/ corrupti hu-
 mores generantur. ex quibus sequitur corporis

corruptio/ dum corrupti humores corpori in-
 corporantur. et hoc est videre in vulnibus qui-
 bus frigida nimis apposita poros restringunt.
 vnde recentes fumositates interius carne remol-
 liunt/ et eam corrodentes vel corruptores pu-
 trefaciunt. **I**tem naturaliter est discoloratiua.
 sicut videtur quod in hyeme calor corporis vel cor-
 dis fugiens suum contrarium humorem et spiri-
 tum ad interiora secum rednat. et sic exteriores
 cutis superficiem calore depauperatam disco-
 loratam facit. ut patet in labijs et in genis. ve-
 ritamen accidentaliter est coloratiua. quod per frigi-
 ditatem fit pororum constrictio/ et spirituum ac hu-
 morum retentio. quorum presentia fit suspiciale
 ter cutis coloratio. **I**tem frigiditas nimis inte-
 sa est naturaliter mortificatiua. quod dum per eam
 nimia fit constrictio in corde/ spiritus deficiunt om-
 nino. et sic corde mortificato (a quo procedit ali-
 orum viuificatio) sequitur et illorum necessaria mor-
 tificatio. quod ex frigiditate nimis dominare calor
 debilis extinguatur. et sic vitalis spiritus non ha-
 bens fomentum suffocatur. **A**ccidentaliter ta-
 men est frigiditas viuificatiua. sicut est videre in
 arboribus quibusdam que ex arboribus procreantur
 que vice fructuum tanquam quedam tuberosi-
 tates ex arboribus nascuntur. sed quod diu sunt in ar-
 bore nullatenus viuificantur. et hoc contingit
 vel accidit (sicut dicit comment. super librum ve-
 getabilium) propter porositate ligni et fumositates a
 cortice epalantur. sed qui ille tuberositates ruptis
 cenaculis in aquam cadunt/ frigiditate poros
 tterius constringente/ fumositates interius re-
 tinentur que conculcate ad inuicem depuram-
 tur ac subtiliantur. et dum interius decernuntur/
 in spiritum conuertuntur. ex cuius multiplicati-
 one et diffusiōe per singulas partes ille tube-
 rositates viuificantur et postea in quandam au-
 um speciem transformantur/ que quidem ab alijs
 arboribus in natura et complexionem multum sunt
 diuersæ. parum enim habent de carne et min-
 de sanguine. et ideo ad esum non sunt apte. ut
 dicit idem comment. materiam tamen diuine
 laudis considerantibus administrant. **I**llos
 enim spiritualiter representant/ quos per lignum
 crucis diuinus spiritus in aqua baptismatis
 generat/ in quibus carnis et sanguinis desideria
 non habundant/ qui viuificati spiritu volare
 celestia totis viribus desiderant et aspirant. sed
 de hoc alias. **I**tem frigiditas mater est al-
 bedinis et palloris/ sicut caliditas mater est ni-
 gredinis et ruboris. vnde in calidis regionibus na-
 scuntur nigri homines et fusi sicut apud mauros in
 frigidis non nascuntur albi. sicut apud scythos. ut di-
 citur in li. de celo et mundo. et assignat rationem. quod ex

No

De gaulitanibus et hūo.

hūo frigiditatis in frigidis regionibus maritimes multorum ad talem finem disponuntur. unde p̄reant albos filios s̄m̄ autem et longos et molles ac flavos et laxos crines habentes.

Contra autem est in calidis regionibus ubi parvum filios nigros / crispos / et paucos habentes crines. ut patet in ethiopiis. Est igitur frigiditas in sui dominio in subiecto suo manifestativa. Nam in illis corporibus ubi dominatur est color albus / capillus mollis / et latus intellectus durus / et obliuiofus / appetitus parvus / et somnus multus / inchoctus granis et tardus (ut dicit Cōstan. li. i. c. xvij.) Dec autem nō simpliciter sunt intelligēda sēp̄ in omni frigido inesse necessario / sed in comparatione ad caliditatis dominantis completionem / et in p̄porione regionis calide ad frigidam regionem. talia auctores retulerunt / et in suis scriptis posteris reliquerunt. Dec autem de p̄prietatibus frigiditatis dicta sufficiant ad p̄sens / quia alie patent per oppositum eorum que dicta sunt superius de calore.

Siccitas est quedam elementaris p̄prietas passiva qualitas nūc caliditas nūc frigiditas introducit / tamen se habet ad calorem q̄ frigiditatem / cū siccitas sit lima caloris. Dicitur autem siccitas quasi sine succo id est humore. quia humor et siccitas opponuntur cuius effectus principalis est deficcare sicut humiditatis est humectare. Secundarius autem effectus habet multos sicut est inspissare / exasperare / motum retardare / consumere / destruere / mortificare. p̄prietas itaq̄ illa que habet deficcare principaliter partes humiditas a circūferentia ad centrum retrahit / et ne interminabiliter fluxibilitate substantie sue res humida se diffundat quasi obicem se opponit. hinc videmus q̄ in litioribus maris barene siccitas terminum ponit maris. et ubi dominatur terre naturalis siccitas fluxibiles maris impetus ulterius procedere non pennitit. sicut expresse dicit grego. super Job. xxxvij.

Quis posuit mari terminum etc. dicit hiero. super Jer. v. idem ibi posuit barenam terminum mari etc. Idem enim expresse ponit philosophus. Siccitas igitur que non perfecte terminatur in p̄prio centro est qualitas humorose in se male terminabilis / terminativa et sue interminabilitatis finis immobilis. prout patet ad sensum et sue fluxibilitatis repercutiva est in parte. vltotaliter in extremitatibus consumptiva. Est itaq̄ siccitas humiditati contraria tam in effectu / q̄ in natura. Accidentaliter tamen potest esse aliquando humectationis inductiva. nā

cum sit lima caloris / exatrat et intendit caloris motum siue actum que exatrat dissolvit a calore vel potentialem q̄ inveniē humiditatem que quidem dissoluta et diffusa p̄ membra humiditatem elicit seu humorem. Siccitas etiam quando dominatur q̄ habet motum ad centrum membra coartat et p̄stringit. et sic per p̄strictionem educat humiditas q̄ prius fuit p̄ corpus diffusa v̄bi v̄bi corpus humectat q̄ prius siccum fuit. Sic etiam videmus in montibus siccis herbas specialiter humiditas p̄creari sicut est herba que dicitur crassula / cinibalaria / yermialaria / etc. Nec hoc est mirum. nam siccitas que naturaliter intendit conservare montem in sua siccitate / et hoc p̄ suum simile (sicut p̄ siccum) v̄bi activa ad suum numerum atq̄ abicit siccum. humidum vero abhorrens et fugiens tanq̄ suum contrarium de se repellit vsq̄ ad radices herbarum / que in superficie montis tanq̄ sup̄flue ab interiori montis substantia sunt recte. unde humores sic reiecti radices attrahunt et inde nutriuntur herbe et humide et crasse fiunt. Eadem videtur esse ratio cōmen. super lib. methe. ubi dicit q̄ fontes et flumina nascuntur de montibus. q̄ cum sint montes cauemosi et spongiosi et plurimum etiam contineant calidi / sit a montibus magna attractio et rōne vacui et etiam rōne calidi aeris interduci. quod igitur attrahitur simile monti in siccitate sibi incorporatur. quod vero dissimile est (ut potest in humiditate) repellitur et aggregatur in v̄bi locis. quod tandem expellitur et foras p̄ capita fontium ad flumina p̄ficienda continue decurrit. Siccitas igitur est attractiva sibi necessario et sibi quidem similem est incorporativa superfluum vero aut sibi dissimilem expulsiva. Item siccitas est naturaliter attenuativa. q̄ siccitas consumit humiditatem quā inveniē in subiecto qua p̄sumpta / sequit̄ extenuatio. Item siccitas est substantie indurativa. q̄ p̄sumēdo humiditatem in materia efficit ipsam duram sicut in luto ē videre / q̄ siccitatum durū efficit. Item siccitate agente in resublimem / v̄bi aeream substantiam siue aqueam sublimior efficit et ranoz. sicut videmus q̄ flate borea aer deficcatur et rarefat et sublimat. Item accidentaliter potest esse remollitiva. q̄ enim siccitas p̄sumit humiditatem que partim est cōglutinatio / sequitur p̄ consequens partium separatio et mollificatio sicut est videre in ligno vetustissimo / cuius humiditate per siccitatem consumpta / sic molle redigitur / et in pulverem mollem tactui cedentē redigitur. Item naturaliter est asperativa. nam agentis i subiecta i humiditate quā inveniē / p̄sumit in superficie. et quam nō potest consumere

Quare fontes nascuntur de montibus et flumina

Fi.

indurat et ita inducitur quedam in superficie
 inequalitas et vacuitate depressa et duritie ele
 uata et qua fit asperitas que uibil aliud est q̄
 inequalitas secundum durum corpus. accidē
 taliter tamen quandoq; lenificat sicut quādo
 exsiccatate acuitur calor qui suo accidēte dissol
 uit humores. qui dissoluti et per aliam artē
 distillantes eam leniunt et humectant. Item
 siccitatis est mor? tardatiua. nā p̄ dominū
 siccitatis nimie partes aeree et aquose in tere
 stres inspissantur. et sic substantia grossior effe
 cta et grauid? tardior est ad motum. per nimia
 enim siccitatem spiritus exinanuntur. quoru
 multitudine corpus mouebatur uelocius. vñ
 de eorum facta diminutione per siccitatem mo
 uetur difficilius. Tamen est siccitas aliquan
 do accidentaliter motus adiutrix. quia siccitas
 faciens motum ad centrum equaliter duat
 circumferentie partes ad medium et fit partiu
 circumflectio equaliter et rotundatio. vnde qz
 rotundum non habet angulos in quibus p̄ of
 fit impediri uolubilitate sua mobilis reddit
 Preterea siccitas consumendo humiditas sup
 fluitates spiritus subleuat et depurat et ueloci
 ores reddit eos. nam si a superfluitate debet
 depurari quibus corpus grauid? ad motum
 habitat corpus ipsum. Item naturaliter est
 consumptiua. quia per hoc q̄ cōsumit humo
 res corpus euacuat/ et a suo nutrimento de
 pauperat et necessario inanitur. Item natura
 liter est destructiua/ qz dum humiditatem sub
 stantialem que materialiter subiectum nutrit et
 partes rei copular panter destruit et consumit.
 causa est qz res aīata uel inanimata destruitur
 et dissoluitur. Item animata corpora spiritua
 liter destruit. quia spiritus naturales qui con
 stant ex fumo humido dissoluit quando illam
 humiditatem consumit. vnde deficiente mate
 ria et spiritu. corpus necessario mortificatur
 vnde pessima est qualitas et mortificatiua dū
 excedit. Quisficat tamen accidentaliter. nam
 humores quandoq; reumatisantes ad spiritu
 alia et meatus spiritus opilantes qui parati
 sunt superinducere suffocationem. siccitas su
 p̄ueniens uel mediāna siccā agens in illos
 humores consumit eos/ et spiritui uias ape
 nit. vnde rei quasi prius motus sequitur uiuif
 icatio. Quāuis igitur siccitas sit necessaria in
 omni corpore elementato ad superfluitatis hu
 mide cōsumptionē/ et ipsius humiditatis coar
 ctationem. insuper ad ipsius caloris remissi et
 eracrationem. mortifera tamen est qualitas et
 pessima quando debitam excedit in corpore
 p̄porionem. Nam pessimas infirmitates so

let in corporebus iduere acioctuas ut p̄sim
 et erbica et huiusmodi quibus vit p̄or medi
 cine beneficio subueniunt. Insuper per nomimē
 talis humoris consumptionez corpus exccat
 et exsiccat cuius superficies contrahit et corrugat
 senium accelerat. corpus superficialiter discolor
 rat et deformat. sicut immoderatam prouocat
 arteria/ et asperat et uocem impedit et rarefacit
 caput a capillis spoliat. et decaluar/ articulos
 manuum et pedum contrahit et iuuuat. ut ē
 videre in leprosis. Sed hec dicta de siccitatis
 effectibus nunc sufficiant.

Humiditas est elementaris passiva
 qualitas actiuarū qualitatum in
 pressionibus obediens et sub dita
 actionū caliditatis et frigiditatis susceptiua.
 Est autem humiditas omnium corporum et
 precipue alimtorū nutritiua/ augmentatiua
 p̄seruatiua/ de preditorum in corpore restaurati
 ua. Nam humor et calore omnia generant. ut
 dicit philosophus. et generata/ nutunt. ut est
 videre in radicib? et semib?. Nam gramiz ter
 re p̄missum primo oportet p̄fundi humiditate
 aquea et aerea et per indusum calorem natura
 lem ranciscit et dilatar/ et tandem actione ca
 loris humiditas resoluta grossiorem sui prem
 et tenebrosam terre inferius transmittit. quam
 quidem terra in suis recipit uisceribus et calore
 induso coagulat et in radicis substantiaz p̄ cō
 mignonem humidi et siccā cōuertit. humiditas
 autem illa radicalis derelicta et in radice sic p̄
 creata. humorem quem inuenit in terra sibi si
 milem rōne similitudinis et in uia attractiua si
 redusi caloris sibi attrahit/ et attractum quan
 tum (sibi sufficit) in sui nutrimentum conuertit.
 quod aut sibi nō est necessarium/ p̄ calorem il
 lam humiditatem dissolutam et subtilitatem
 ipsam superius transmittit. et primo in substan
 tiam geminis. deinde in substantiam stipitis/
 ultimo in substantiam floris/ fructus/ et frondis
 sic transmissam coagulat et cōuertit. Quia igitur
 humiditas omnium illorum que uegetan
 tur nutrimentum est et materia/ manifestum est
 qz omnū uegetabilium est nutritiua/ et per sui
 diffusionem et incorporationem in latū et in lon
 gum/ in altum et in spissum augmentatua.
 Item humiditas depditorū in corporebus uege
 tabilibus et aīatis est restauratiua. nam per ca
 lorem agentem cōtinue intrinsecus et extrinsec
 corpa cōsumunt et cito perirent nisi p̄ restaura
 tionem humidi reparantur. et ideo necessaria fit
 continua humiditatis attractio/ ut continua
 fieret deperditā reparatio/ et p̄ consequens subie
 cti restauratio uel conseruatio. Et preterea

De quali. et humo.

humiditas inferiorum conseruatiua. nam ex aggregatione radiorum continua in aere et in terra tanta fiet caloris generatio / et siccitatis ductio qd aer inflamaretur / et terre superficies comburere / nisi virtus caloris actiua per aere et aque humiditatem actioni eius resistentem per positione debita ad temperie reduceretur. et id vt dicit macro.) Opposuit deus fonti caloris fontem totius humiditatis vt per humoris sentiam colorum oppositam eius violentia reprimetur / et sic mundi machina in esse debito conseruaret / alioquin a calore nimio subito solueretur. Item humiditas partium terre consumptiua tante enim siccitatis est terra qd nisi humiditate aqua humectaret / quolibz particula ab alia dissolueretur. et id fecit natura spongiosos montes et terram cauemosam in multis locis et porosam. vt sic fieret rone vacui aere et aque foris attractio ad adiuuandum siccitatis mitigandam / partium terre sepabiliu unionem. Unde quod facit sanguis aereus per venas in corpore idem facit humiditas in venis terre. rigat enim terre siccitatem et eam disponit et habilitat ad fecunditatem. Dabet autem humiditas quosdam proprietates et effectus primas et naturales. quasdam vero secundarias et quodammodo casuales. sicut et alie qualitates. Est enim humiditas naturaliter labilis et fluidibilis male se terminabilis. sed tamen sicut terminatio alieno vt dicit philosophus.) Centro enim ad circulerentiam est motiua. vnde et se diffundendo sub iectum suu totaliter defluendo dissolueret / si ei aliqd non obfisteret quod eius fluidibilitatem per reductionem partium ad centru terminaret. vnde videmus fluxum mans per barene siccitatem in maris litibus a suo confluxu compesci et in se quodammodo reuocari. Item naturaliter mollior est. partes enim materie duras et compactas per sui subtractionem et diffusionem relaxat et rarefacit et remollit. Est tamen induratiua accidenter. sicut videmus in gibbis et etiam in apostematibus quibusdam in quibus confluit humor frigidus / et ex frigiditate partes humiditas ad centrum repercurante et condensante indurant / et in scrosum. i. duriciam sepius mutatur. Item etiam pergit ex nimio calore partes liquidiores consumente quibus consumptis partes grossiores congregantur piter et indurant. Item naturaliter est mundificatiua. nam sua remollitione et prius per quas diffunditur ab iniuncta laxatione partes solidas diuidit et diuisas lubrificando mouet et abstergit. vt patet maxime in ipsa aqua que substantialiter humectat et maxime est foridum purgatiua. 2. hoc maxime si substantiali

humiditati caliditas cooperetur. vt patet in mico et fursure in radice blonie et etiam in sapore et in medulla fabe et in consimilibus que omnia foedes facies et totius corporis mundificant et depurant. Item quia de se motus habet a centro siue medio ad extrema / cum ille motus ex se non sit fortis multus / sed respectu caloris sit obfus. Est siquidem sui in latum principaliter diffusiuus. in altum vero sine calore non est multum quantum est de se extensiuus. sed quoad calor in ipsa dominatur / et in ipsam obediente materia humida operatur. tunc in omnem partem sed maxime in altum et longum vt caloris sursum eleuante et vsq ad extremitates diffundente erigitur et prelat. Corpora vero in quibus predominat calor et humor temperans naturaliter et generaliter sunt altiora a longiora et etiam graciliora qd illa in quibus existente humiditate multa et dominante calore puo et remissius operante causa contraria inuenit. et ideo homines calidi vt colerici obediente humore substantiali caloris actioni sunt alij. s. stegmaticis longiores et in omnibus extremitatibus corporis (alij partibus et circumstantijs concomitantibus binde equaliter in gracilitate et longitudine aptiores. vbi autem est calor multus et humor multus non tamen actioni ignee virtutis superfluus aut dimittitur / sed congruus et mensuratus / corpora in omni dimensione sunt magis lata et longa. Ita enim sunt propter calorem subtiliores partes humiditatis ad summitatem deferentem. Rara autem sunt et spissa propter virtutem caloris pres grossioris humiditatis ad singulas partes inferiores secundum sui exigentiam videlicet diffundentem / et partem partem congruentiam nature adunatam. Item humiditas est naturaliter lenificatiua. nam sui circumscriptione per extrema rei omnes partes vacuas repleda ad equalitatem perducit / et sic rei superficiem complanando et adequando eam leuem facit. Accidentaliter tamen quandoq etas perat. sicut aut quando aliquo casu simul calidi et frigidi humores ad aliquem locum confluunt et concurrunt. calidi quidem in omnem superficiem rei eleuant / frigidi quoq depressunt. et sic ex contrarijs humoribus contrarietas et inequalitas asperitate quadam corporis in superficie generantur. Item humiditas si fuerit secundum nature exigentiam in corpore commensurata / omnium actionum anime et corporis est adiuuatiua. Nam ex humoribus spiritus regitui generantur et in esse conseruantur spirituum quoq virtutes suos effectus in singulis organis corporis sensitibus et motibus per humorum ministerium operantur. vt patet in

virtute visiva / que mediante humore cristalli
no visum in oculo operatur. similiter virt^{us} gu
statua nunq̄ sine humore saluali inter sapor
res discernere arbitrat^{ur}. et sic de alijs. **N**az hu
miditate substanciali destructa in corpe vel corru
pta / tota anime actio p̄ter erit impedita. **S**i. n.
fuerit in toto corpore vel in aliqua parte corpo
ris superfluitas humida sic abundans q̄ nō pos
sit regi a natura / p̄ncipius est et materia putre
factionis / et generat in corpe grauissimas passi
ones. vt patet in apoplexia in qua superflua hu
miditas sic occupat omnes ventriculos cere
bri q̄ nō permittit per nervos sensibiles sp̄itu
m airtalem ad sensificandum corpus et mo
uendum deferentes aiam in corpore suas per
agere actōes imo aufert corpi subito sensus at
q̄ motum et tandē inducit suffocationem atq̄
mortē. sicut dicit galie. in cōmen. super amplo
rif. exponēs illud verbum hypocratis. **S**olue
re apoplexiam forte impossibile est. debiles ve
ro nō facile et. **P**legmatica enim humiditas oc
cupans totā cerebri regione opilat meat^{us} ner
uorum vnde nō pōt defert sp̄us airtalis ad i
feriora immo in terdudē anhelitus et vita fini
tur. **D**ec a sit humiditas peccat quādoq̄ i quā
titate qua nō dōq̄ in qualitate. et hec aliquādo
a causa intrinseca aliquādo ab extrinseca sicut
a mala complexionē q̄ nocua humiditas ra
dicatur in membris et nō potest a calore nati
rali dissolui et p̄sumi nec a sua malicia immuta
ri. **T**alis itaq̄ humiditas in diuersis locis cor
poris diuersas inducit infirmitates. **U**t patet
in epilepsia quādo p̄cedit ex vitio capitis. et in
bydropisi quādo ex mala cōplexione generat^{ur}
epans. **I**tem a causa extrinseca sicut a rebus
que a tob. et gali. vocantur res nō naturales q̄
les sunt aer / abusus / et potus. sompnus et vigi
lie. inanitio / et repletio. exercitium atq̄ quies.
Dec enim omnia si fuerint assumpta secundū cri
gentiam nature humiditatem substancialem ge
nerant ac conseruant et p̄ditam reparāt et restau
rant. **S**i vero cōtrario modo sumpta fuerint
contrarium effectum habēt. nam humiditatem
in naturalē generāt et augmentāt et naturalem
corumpūt / alterant / et immutant. vt patet. **N**ā
vt dicit galie. in amporis. hypocratis p̄ncula
in. sup locum illuz. **I**mmutationes temporū
maxime generāt morbos et. **T**empora (inq̄t)
anni nō sunt causa morbi / sed mutationes cō
plexionis ipsius t̄pis quādo. s. completo aeris
que deberet congruere tempore in oppositam
commutatur sicut quando completo veris de
beret esse calida et humida efficitur sicut in au
tūno frigida atq̄ sicca et cōuerso. et sic de alijs.

Naz si fuerit vernalis generaliter frigidus et sic
cus. et p̄cellent aer in hyeme quasi vernalis. s.
calidus et humidus / necesse est multos in vere
egrotare / et etiam mulieres p̄turas occasione
facili abortire. et hec est rō galie. quam assignat
q̄ ex humiditate et caliditate bicemis p̄ceden
tis multa fiebat humiditatis in corporib^{us} ge
neratio et flegmatis coadunatio. **A**er vero in
iniciō veris si fuerit frigidus et sic / claudit po
ros et nō sinit fumos exalare. vnde retento calo
re / dissoluit humiditatem illam superflua in hie
me generatā. et cū calor sit debilis et non possit
eam p̄fecte digerere nec ex toto consumere trās
mittit eam sic indigestam nūcad superiora mē
bra / et nunc ad inferiora vbi coadunata sic cau
sa est diuersarū passionū. vt si ascendat ad ca
put / pōt eē causa reumaal et catarr. si vero ad
intestina / et fuerit flegma falsum mortificando
in testina / inducit differētiā et sic de alijs.
Illa eadem ratio potest esse abortus in mulie
ribus. quia humiditas illa defluens ad matri
cem aggrauat illam et remolliendo retinacula
fetus ac relaxando est causa abortiendi. **A**ltaz
autem causam ibi assignat auicē. **E**t sic de alijs
passionibus aens et temporis intelligendum
est q̄ mutat hūiditatis q̄litatez vel calore imo
derato nimis dissolueno vel nimis consumē
do / siue calore remisso superfluitates eius non
euaquādo. et sic intelligendū est de aere nimis
frigido poros claudente / humoresq̄ plus de
bito constringente. **S**ed de aere frigido ad p̄
sens hec dicta sufficiant.

De cibo vero et potu patet. **N**am p̄
debita numerū cibi salicit et pot^{us}
subtractionē humiditas subtrahit
et calor induca siccitate intensior efficiatur non
inueniens in quid agat ad substancialē hūi
ditatem se conuertit in quam agendo ipsam ni
mis attenuat vel consumit. **E**t cōtrario si cib^{us}
vel potus fuerit immoderatus / humiditas ni
mis intenditur / et calor naturalis debilitatur
q̄ non sufficit ad digerendum facit tamē calor
quod potest. **N**am aliquid resoluit ex illo sup
fluo cibo sumpto. **I**llud autem resolutum auz
sit fumositas grossa et indigesta / petit cerebri
et patiens eius meningas seu nūcillas graui
ter eas ledit et aliquando emigraneam vel ali
am capitis passionem pessimam exorat et indu
cit. **A**liquādo etiam radices nervorum sensi
bilibum fumositas malicioza tangit / et suo ac
mine siue fumositate ad intima ipsorum nervo
rum penetrans sp̄itum airtalem ibi existen
tem impedit atq̄ ledit. vnde et substancialē / et
rōnis visum perturbat / et linguam rationis in

Et hęc que in loq̄la respiciunt

De quali. et humo

terpretem titubando contrahit et puenit. ut patet i ebrijs. **M**omz etiam voluntarium sepius retardat vel penitus destruit. ut patet i tremulis et in paraliticijs (nec mirum.) Nam virtus corporis regitua que sita est in nervis et musculis quando neruum siue mēbrum quod sic est deprimere regere et exigere satagit et intendit. si preualens ille acutus fumus et resistens virtutem naturalez vincere cupiens membruz deorsum deprimere nititur et contēdit. Unde ex isto duplici motu cōtrario (vno. s.) eleuante et alio deprimente membruz tremore sepius generat/ et tandem victa totaliter virtute regitua mors vel palisis in talibus dominatur. et ideo opimum est consiliū sapientis qui dicit. Ne te confundas (inquit.) super omnem escam. quia in multis cāsis infirmitas grauis etc. Item idem malum generat in corpore somnus immoderatus. Nam in somno remittuntur virtutes et actiones animales et interioris naturales intendunt. vnde clausis poris foris caloz in mēsecus cōfortans multos humores attrahit. quos quidem nec digerere potest. nec cōsumere. et tunc pvalente tanta supfluitate quam non pōt natura regere sequitur necessario mors et suffocatio. sicut est videre sepius in dormientibus post acceptam medicinam/ et etiam in minutis. In vigilantijs autem nimis causa contraria operatur in quibus nimia fit et humorum et spirituum consumptio. vnde et mors iterum cōminat. Item eadez ratio suffocationis et in nimis repletis/ et eadem ratio defecationis est in ieiunantibus supra vires et nimium inanitis. Item qui nimis se exercitant p nimiam caloz intensiōnem humores nimis consumunt se destruit et consumūt. In nimis vero quiescentibus causa est cōtraria. quia i ipsis magna ē et immoderata humiditatis attractio et nulla superfluitas euaporatio/ nec spirituum subtilitatio. et ideo necessario humiditas supfluitas disponitur ad putrefactionem et corruptionem. Istis et alijs modis infinitis q̄itates elementares i suis naturalibus effectibus ipediunt. sicut patet in ratiōibus supradictis/ quas de verbis constan. pitagoriz et galie. in cōmen. amphoriz. hypocratis et epidemiarum succante cōpilauimus/ vnde de his supsedeamus. et ideo ad describendas proprietas humoruz que ex his qualitatibus cōponuntur/ manus apponimus et quibus cōstruitur omne corpus quod spiritu sensibili vel rationabili animatur.

Est igitur humor quedam substantia actualiter liquida et continens elementarium qualitarum per

digestionem in animalis corpore generata apta membra nutrire/ et eorum actiones informare naturaliter vel accidentaliter impedire. Nam humor est corporum sensibilibus materiale propriū et primū ac precipuum rōne nutrimenti in suis peragendis actionibus iuamentum. Sunt autem humores ut dicit constan. vocati elementorum filij eo quod unusquisque eorum ex eorum originaliter cōstet. qualitate. Sunt autem quatuor humores. s. sanguis/ flegma/ colera/ et melancolia. q̄ q̄dem respectu membruz dicuntur simplices quāuis respectu elementorū quorum sunt filij compositi inueniant. Di quatuor humores in quāritate et qualitate eq̄litatez pportione debita obseruantes/ omnia corpora sanguinem habentia p̄ficiunt et nutriunt ac custodiunt in debita consistentia sanitatis. sicut e contrario ex quorum inequalitate siue infectōne infirmitatem generant et inducunt. Fuerunt autē hi quatuor necessarij humores ad corporis constitutionem/ ad ipsius regimen et conseruationē/ ad continentie deperditorum in corpore restorationem. sicut dicit galie. super amphoriz. Corpus enim subiacet fluxui (ut patet in sudoribus et in spūis) et bimōi alterationis. s. de frigiditate in caliditatez et e conuerso. et corruptioni que et fluxibilitate nimia sequitur/ et ex alteratione diuturna. ut ergo quod p fluxuz in corpore deperditur/ reparetur/ mala alteratio in bonam transmutet. et per consequēs corruptioni aliquāliter obuietur. necessaria fuit quatuor humorum presentia ut corpus animale in vigore ipsis mediandibus incolūme cōsuet. Porum autem humorū generatio sic habet fieri. recepto enim cibo in loco decoctionis primo. i stomacho subtilior eius pars et liquidior que a phisicis p̄sistana vocatur p quasdā venas ad epa trahitur et ibi per calozis naturalis actionem in quatuor humores transmutat. quorum generatio in epate simpliciter incipit/ sed non simpliciter finitur. Primo enim calozis actio quod frigidum est et humidum in naturam flegmatis conuertit. Secundo quod caliduz et humidum est/ in naturam sanguinis trāsit. q̄d vero calidum est et siccum/ naturam colere constringit sed quod frigidum et siccum/ in substantiam melancolie se componit. talis igitur est p̄cessus. Primo siquidem generatur flegma tanquam humor semicoctus. Secundo sanguis cuius decoctio temperamentum excedit. Tertia etiā melancolia quasi pars terrestior et aliorum ferri esse p̄cedit. Unde talis est ordo (ut dicit auicenna) q̄ elementorū et recta reciproca est generatio quia de aere fit ignis et e conuerso.

4^o sunt humores

Quomo gūatio q̄litatu h̄s fieri



Humorū autem generatio quedā est recta & nō reciproc. de flagmate enī p de cōtione fit sanguis sed nō cōuerso. Similiter de sanguine fit colera p calorem intensum siccantem hūo rē et subliantem sed nō cōuerso. simili modo per adustionem ex colera fit melancolia et non cōuerso. Sic enim accidit in generatione humorū sicut accidit in generatione vini ex musto vtdicit constan. Nam femēte musto generat quedam spuma supficem petens / et quedam substātia terrea ad fundū descendēs. Et alia ē aquosa fm cuius augmētum vinū est in substātia magis debile et minus calidum. et quanto magis antiquat / tanto magis fit calidū ppter huius aquositate resolutiones quāta est vini puritas / tanto cōtione est completa. Sic in hūo ribus est pars leuitate sua supiora petēs. s. colera. alia vclut fer deorsum tendens. s. melācolia. alia hō in cruditate manēs. s. flegma. quāta vero est sanguis in sua puritate pmanens a ceteris humoribus depuratis. nullus tñ sanguis est ita purus quin alijs humoribus sit p murtus vnde ex corū cōmitione speciez variat et colorem. nam p admitione colere apparet rufus. a melancolia niger / a flegmate aquosus et spumofus etc.

Sanguis (vtdicit Isido.) a greco nomen sumpsit. eo q substantiar vi geat / et iuuat. idest vitam cōfirmat nam sanctare cōfirmare est. dicitur autē sanguis dum est in corpe. effusus vero dicitur cruor / eo q effusus curando coaruat. Alij autē vocant sā guinem / quasi suauem. eo q gustu et tactu sit suavis. nō enim est sanguis purus et integer nisi in iuuentibus. Nam dicit phisici sanguinem minui p etatem. vnde et in senib? tremor est ex defectu. pprie autē sanguis anime possessio est. Jude genas lacerare in luctu mulieribus mos est. vnde etiam purpuree vestes et purpurei flores ponunt sup mortuos / animositatem mortuo:um dum erant in suo sanguine representātes (hucusq? Isido. li. x. ij.) Sanguis autem fm cōstan. inter quatuor humores laudabilior et nature amcabilior est ppter eius equalem et pfectam cōtione quē efficit calor temperans et materia pura et aerea ad corpus numinētum. Est vero sanguis fm eūdem constan. alius naturalis alius innaturalis. Naturalis autē alius est content? in arterijs / alius in venis. Qui vero est in arterijs calidior est et subtilior rubicandior et darioz / et in sapore dulcis. alio tamē sā guine acrior est in sapore. Est autem calidior ppter cordis et spūs vianitatem / subtilior ppter cordis calorem subliantem et ranciantē

et hoc vt resumendo p spillas tunicas arteria / rus facile possit in alia mēbra labi. Darioz autē est ppter virtutem colere in ipso. Darioz autem est ppter augmētū caloris. Sanguis vero in venis contentus est calid? et humidus inf? gros sum et subalez. Mediocris in sapore est valde dulcis omni malo carens odore cito coagulaf cum exierit. vnde talis sanguis epar designat temperatū. Si vero fuerit subtilis aquosus si boni odoris nec dulcis saporis / admitione at tenuis humoris ipsum inficiētis. est iudicium. iam enim degenerat sanguinem immaturalem qui sic dicit? vel q? a sua generatione est vt in le profis corruptus aut ppter incōuenientē materiam ex qua est generat? aut ppter extraneū humorē cū quo est cōmixtus. modicum enim colere / vel alterius inficientis humoris mixtū cum puro sanguine ipsum inficiat / et in sue qualitatis similitudinem ipsum trahit (hucusq? constan. pandeg. xiiij. c.) Alias sanguinis pprietates ponit aristo. in. iij. li. animalium. Dicit enim. Omne animal habens sanguinem habet epar et cor. vnde omnia animalia carentia sanguine sunt minoris corpis et virtutis aim alib? habentibus sanguinem et cū absconditur caro sanguis exiit nisi illa mortua fuerit vel corrupta. Item in omni animalis bone dispositionis est sā guis medicris. qz non nimis multi / sicut sunt porantes nouū vinum / nec nimis pauca. sicut corporis crassi sunt parui sanguinis. qz quanto augmētatur pinguedo tāto minorā sanguis. Item omne corp? sanguineū putrefcit cito. et maxime ppe ossa. Homo enim habet sanguinem subtilem valde respectu alio:ū animalium quorum sanguis est nigroz et spissior sanguis hominis et maxime tauri et asini. et sanguis inferiori parte corpis spissior est et nigroz q? in superiori. Item sanguis quādo generatur valde erit causa egritudinis. quoniam attenuatur et fit aquosus. et ppter hoc fo: san sudat homo sanguinem. quod quidē est (vtputo) ppter supfluam liquidū sanguinis abūdantiā. a qua se intendit exonerare natura. vnde exiit eius partes aquosās ad cutis superficiem et eas expellit p sudorem. Item cum homo dormient? erit sanguis in manifesto modicus. nec mirum. qz tunc reuocat a natura ad interiora in adiutorium virtutis naturalis vt ipsius beneficio suas peragat actiones. vnde qz tunc se pfundat in tero:ia / extremitas corpis pallida remanet et exanguis. et ppter h? forte accidit q? si corp? dormientis pungat? nō erit inde tantum sanguis quantum si esset vigilans. Item dicitur ibidez q? si sanguis fuerit bene coctus et digestus / bñ

Sanguinis puritas

Sanguinis puritas

Sanguinis puritas

Sanguinis anime possessio

Sanguinis duplex

De quali. et humo

fit et eo sepum. et hoc forsitan. quod eius vinctio
ficas per temperatam decoctionem coagulatur et
dealbata in sepum et pinguedinem transmutatur
Item cum alteratur sanguis a cursu nature sue
et fuerit corruptus exbita stomacho et a naris
Item cum putrefat sanguis in aliquo membro
nisi educatur arte vel natura. efficitur ex eo virus
et in sanem mutatur. huiusmodi constat. li. iij. Item
dicitur ibidem li. iij. Quod sunt vasa sanguinis.
ex quo patet quod sanguis est ab ultimis animalis
habentis sanguine. Ita etiam sanguis amica
bilis est nature quod animal carens sanguine a
batur per illud quod conuenit cum sanguine. quod
patet in vermibus et musas qui carnibus insi
dent et sanguinem sugunt et inde sibi attrahunt
nutrimentum. propter hoc si animal non nutritur a
hoc isto efficitur macilentum et male dispositio
nis per talis abire detrimendum. et quando cibatur
creatur et fit bone dispositionis per talis abire nu
trimentum. et si ille sanguis unde fit abusus fa
cit datus et bonus erit corpus sanum. et si ma
lus erit corpus infirmum. Item sanguis terre
stris coagulatur cito propter priuationem hu
miditatis. unde omne animal habens subtile
sanguinem et mundum atque calidum alijs ani
malibus habet meliorem sensum. Sanguis
enim mundus subtilis et calidus et maioris
motus intellectui conuenientior est. Item om
ne animal carens sanguine est maioris amo
ris animali habente sanguinem. et propter hoc
habens mundum sanguinem calidum et le
uem non mouetur nisi modicum propter timo
rem. Item sanguis thauri congelatur citius et
coagulatur sanguine omnium aliorum anima
lium. Sanguis enim omnium animalium coagu
latur secundum magis et minus preter ceruicem et
leporis et sibi similitum in natura quorum san
guis non coagulatur ut dicitur aristoteli. Sanguis
thaurinus (sicut dicitur ibidem li. iij. et xij.) maxime
est coagulationis et velocis et hoc forsitan propter
excessum caloris et siccitatis. unde hausto auro
interficiat sicut venenum. unde de quodam phi
losopho dicitur quod hausto sanguine thauri se
peremittit. Item ibidem li. xij. Sanguis in parte
dextera calidior est quam sinistra. et ideo propter ve
locitatem calidior sanguinis in parte illa manet det
tera vniuersaliter pronior est ad operandum et
habilius quam sinistra. Item dicitur aristoteli. li. i. quod leo
prius mouet pedem dextrum quam sinistrum. Et
super amphibus. dicitur quod mulier portans ma
sculum subito vocata ab aliquo primo mouet
pedem dextrum. quod facit calidus sanguis qui
in concipiente masculum completius operatur
Item in eodem libro dicitur quod sanguis prima

et precipua est materia cordis et hepatis. unde
et cor concuum est ad sanguinem copiosius
recipiendum et spissum ad eundem diligenter
custodiendum et in nullo membro est sanguis
sine venis nisi in corde tantum. et de corde exit per
quasdam venas ad alia loca corporis et non
venit aliunde sanguis ad cor. quoniam fons est
et principium sanguinis membrum primum
recipiens sanguinem. et hoc manifestatur et a
nathomia et modo generationis quia prima
creatio cordis apparet sanguinea. unde secundum ar
istoteli. Cor est primum sanguinis receptaculum
et ideo in medio ponitur ut cum transfundat
tanquam a medio et a centro ad omnia alia mem
bra. unde dicitur quod cor est medium totius animalis
a quo procedit motus et sensus et vita totius a
nimalis. et ideo cor est in omnibus habentibus
sanguinem. quoniam necessario principium san
guinis est et non epar. De omnibus aperte dicit
aristoteli. li. iij. Quod dicitur de principio sanguinis
alio modo scriptum in libris medicorum. Sed
de ista controuersia nihil ad nos quod utraque po
sitis vel opinio nobis deseruit quo ad nostram
intentionem. Et predictorum igitur senten
tias breuiter recollige quod sanguis naturalis est
purus / calidus / et humidus / subtilis / dulcis
animalis nutritus / virtus naturalis conser
uatiuus sedes anime et ipsius contentiuus. iu
uentus perfectius completionis alteratiuus
vigoris cordis et spirituum conseruatiuus / le
tificatiuus / amoris excitatiuus / sui diuisione in
superficie corporis ipsius coloratiuus / sanus
et temperatus / sanitans conseruatiuus / corruptus
corruptionis induciuus. ut patet in lepra que
est sanguis corruptus in fontibus et cum alijs
humoribus admixtus. malicie eorum est temper
atiuus / sua virtute doloris oculorum mitiga
tiuus ut dicitur constantino. quod sanguis colube vel ista
dunt de qua dextera extractus oculis. calidus et
stillatus maculas abstergit oculorum. Sanguis
enim talis valde est igniuius et dissolutiuus.
sicut idem dicit commentator in viatico miraca
tu de pannis et maculis oculorum in fine.

Sunt et sanguinis quedam proprie
tates minus laudabiles alijs su
per predictis. Nam quanto bene dis
positus nature est amabilius et valior / tanto
cum corruptus fuerit eidem est nociuus et gra
uioribus infert corpori passiones. nam aliorum
humorum malicia sanguini admixta propter a
micabilitatem eius ad naturam non se ita su
bito manifestat. et ideo ab eorum lesione sibi
natura minus precauens latentem ipsorum ma
liciam non formidat. ut patet in febribus et inuenis

*Sanguis colube ut dicitur
oculis huius calidus et stil
latus purificat*

Alie sanguinis proprietates.

De 3^o Quenensitate sanguinis menstrualis

Quare Aues & animalia non patitur menstruum

et aliis mixtis in quibus colera rubra vel adusta sanguini admixta non ita se nature vel medicis iudicio manifestat. ut dicit galienus super aphorismum. Item sanguis si fuerit in corpore superfluitus/ menstruosa in hominibus generat passiones nisi nature vel medicis beneficio euacuetur citius. ut patet in sanguine menstruali. qui propter superabundantiam humiditatis et coloris indigentiam in mulieribus existens si ultra debitum retineatur/ pessimarum causa est et occasio passionum. Inducit enim quandoque spirituum suffocationem/ quandoque hydropisim/ quandoque etiam frenesim/ si ne manifesta causa passionem/ put ille sanguis corruptus nimis diu retentus ad diuersa transfunditur corporis regiones. sicut in passionarioli. galienus expressius continetur. unde contra talia pericula summum remedium est talis sanguinis corrupti euacuatione citius procurare. nec mirum si sanguinis sit corruptus propter subiectum sic molestat qui alienum etiam mirabiliter inficit et molestat siue immutat. Nam ut dicit Avicenna li. i. c. ii. Sanguinis menstrualis contactu fruges non germinant/ arefiant arbuta/ moriuntur herbe fructus amittunt arbores/ ferrum rubigo corrumpit/ nigrescit terra et metalla. quod si canes inde comederent/ in iracundiam conuertuntur vel effrenantur. glutinum asphalti quod nec feno dissoluit nec aquis/ ipso polluti spiritus dispergitur ut ibidem dicit Avicenna. hic sanguis ex superflua humiditate et debili calore in corporibus mulierum generatur. et ideo ne natura ex eo grauetur in matrice recolligitur tanquam in se sitina a qua si debito modo expulsus fuerit corpus totum mundificando alleviat. et ipsam matricem ad conceptionem disposuit et habilitat unde dicit aristoteles li. ii. Menstruum in fine mensis in mulieribus maxime viget. et ideo tunc vtiliter expellitur sanguis talis. quod sicut dicit idem aristoteles li. vi. Sanguis menstrualis non habet certam tempore reuolutionem sed in maiori parte. et accidit in diminutione lune. et hoc est ratio quod corpora animalium sunt tunc temporis frigidiora quam in illo tempore aer est frigidior et alteratur sanguis et efficitur ex eo superfluitas menstrualis. qua si tunc expellitur talis euacuatio laudabilis est et naturalis qui si ultra tempus vel propter grossitatem sanguinis vel propter altitudinem matris. vel propter defectum expulsiue virtutis retineatur multis molestis periculosis corporis mulieris aggrauatur. quod quidem generaliter est verum a. xiiij. anno vsque ad. l. quod in iuenculis meatus sunt angusti et virtus debilis. A. l. autem anno in antea sanguis minorat/ frigescit calor destruitur

vel tepescit. unde iste due etates a tali immundicia sunt immunes. scilicet senectus vetularis et iuuentus puellaris. retinet tamen natura sanguinem menstrualem post mulierum impugnationem ad nutrimentum fetus et conceptus conseruationem. unde aristoteles li. xv. Menstrum est sanguis non purus sed indiget digestionem operatiua. hic sanguis mixtus cum spermate abest in animalibus. unde mulier post conceptionem frequenter patiens fluxum menstrualem solet facere abortiuum aut enim debilitatur fetus/ aut moritur. et hoc propter nutrimenti subtractionem. unde de retento sanguine menstrualis signum est impregnationis etiam dicta causa. quod autem superfluit de sanguine menstruali detrahatur ad mammillas ut inde lac generetur. materia enim lactis est sanguis decoctus in mammillis. ut dicit aristoteles li. xv. et xvij. Lac inquit est sanguis digestus non corruptus. Item oportet ut fluxus sanguinis menstrualis actualiter sit in corpore antequam mulier impregnatur. ut sicut dicit aristoteles li. xv. et constant. Sicut oportet arborem primo florere quod fructus facere. Item quod veniat talis fluxus naturaliter/ semper accidit in eate lune etiam etiam mulieris iuuenti. Item aues et animalia non patiuntur talem fluxum. quod totalis superfluitas transit in plumas et in pilos. ut dicit aristoteles. Item dicitur rursus mulieres nimis se exercentes et sepius mouentes non multum menstruant/ sed que quiescunt et multum comedunt suauiterque viuunt tales multa purgatione indigent. Item quod sanguis talis vel frigiditate vel crassitate ora venarum costringente debito modo non erit ad erendum alias vias querit ut venas varum et emoroidarum quas si clausas inuenit/ ad alia membra se diffundit et graues infert nature pressionem. nam tales ut dicit in viatico constant. deest enim appetitus/ patiuntur. nam cibaria bona abhorrent. pulcre vero carbonum et laterum appetunt et similia. nam sanguis retentus in maliciosum fumum terrestrem et ponticum conuertitur quo raptus ad officium stomachi/ appetitus rationalis subuertit/ et irrationalis generatur. unde et omnia talia corpora sunt maxime morbis preparata.

Flegma secundum iohannem est humor semicoactione caloris imperfecti et frigida bumida natura generatur. Et aristoteles dicit li. xv. Flegma est ubi superfluitas que non digerit. eadem enim est materia sanguinis et flegmatis/ sed differunt secundum decoctionem maiorem pro maiore. unde de flegmate fit sanguis pro maiore caloris agentis intentionem non in econuerso. sanguis enim in flegma nunquam transfunditur sicut colera mutatur in melancolia/ sed bene conuerso

De quali. et humo

2 flegma dux

vt dicit auicen. Est aut flegma naturaliter hu-
mor frigidus/humidus/et insipidus que natu-
ra mandat per membra vt digeratur et ex ipso dige-
sto corp^o nutriatur. Notandum qd flegma aliud
est naturale/aliud innaturale. Naturale autem
est humidum et frigidum in colore album/in sub-
stantia fluidum/in sapore parum dulce vel tota-
liter insipidum/in epate tñ generatur vbi sedes
est caloris. est tñ habile vt in sanguinem trans-
mutetur. et facta completa transmutatione cor-
pus inde sustentetur. Flegma eni quous de se sit
grossum et insipidum/per intensiones tñ caloris
ipsius immutantis forme et saporis sanguinis
est dulcis susceptiuum/vt parz in flegmate quod
dicit esse dulce. vnde ppter viciniam et simi-
litudinem qua habet cu sanguine indigent eo
omnia membra corpis. et ideo natura puida fecit
illud cum sanguine p venas totius corpis na-
rire ppter necessitatem et etiam ppter vtilitate
Nam vt dicit constan. deficient sanguine calor
digent flegma. qz inde intendit membra refice-
re et nutrire. vnde in hoc nobilius e flegma co-
lera et melancholia qz rectificari non possunt vt
ex eis fiat sanguis cuius beneficio viget et nu-
trunt membra corpis vniuersa. Est etiam eius
presencia cu sanguine necessaria/vt eius salicy
sanguinis fetuor tempet. et liquiditate flegma-
tis spissitudo sanguinis i tepere cõseruentur. et
sic facilius et expeditius ad singula membra nu-
trimentum sanguinis deportaret. Vtile etiam
est vt iuncant membra et alie partes mobi-
les sua liquida humiditate humectent/ne ex ca-
lore motus vel ex sanguine calido casu aliquo
a suo officio retardent aut siccitate supinducta
impediant. Flegmatis aut innaturalis quatuor
sunt spes. Est enim acerosum/frigidum et sic-
cum ppter melancholie admixtionem. salsum/ca-
lidum et siccum ppter colere rubeae infectionem.
dulce/ ppter sanguinis participationem. vitreum
sic dictum/ ppter caloris vitrei assimilationem ta-
le eni oino elongat a calore. et ideo certis eius
speciebus illud est opacius et difficilius ad di-
rigendum et in sanguinem cõuertendum. Sic humor
si corruptus fuerit diuersas generat in corpore in-
firmatates cuius superabundantia (vt dicit con-
stan.) cognoscit per diuersa. nam vere flegmati-
cus est corpore deses/ grauis/ et tardus/ et sensu
bebes mēte obliuiosus/ et carne mollis et flui-
dus/ colore liuidus/ albidus faec/ corde timi-
dus/ spūis et excretionibus multis plenus/ pi-
ger et somnulosus/ parui appetit/ parue sitis
nisi sit salsum flegma. qz tñc salsum sapor in ore
sentitur ppter calidi humoris admixtionem. et
ne mollis et flauus et laxus. cuius pulsus e mol-

lis/grossus et tardus. vrina alba/spissa/crudas
et discolorata. statura pinguis/ et grossa. in ex-
tremis partibus breuis et curta. cuius cutis superficia-
es plana et lenis ac apilis demudata. somnias
de aquarum niuium et pluuiaum inundatione. na-
uigatione. Talis complexionis hoies solent fr-
gidum morbum sepius incurere et ipso fatiga-
ri/ et p̄cipue tempe hyemali. qz tunc tempis qua-
litates flegmatis. s. frigiditas et humiditas in-
tendunt. vt dicit constan. quere supra de p̄p̄i-
etandus frigiditatis et humiditatis.

Colera s̄m flegma dicitur eo qd in
humore colerico calor temperatus
excedat. Colera alia naturalis/ alia
innaturalis. Naturalis est illa que naturaliter
est calida et sicca et in substantia subtilis/ in co-
lore rubea/ clara in sapore amara cum quodam
acumine. que quanto est calidior/ tanto est in ca-
lore rubicundior/ et in sapore amarior. Que
cum in corpore generatur/ in duas partes diuidi-
tur. quarum vna va dit cum sanguine/ et alia tras-
mittitur ad astra fellis. Illud aut quod vadit
cum sanguine/ penetrat cum ipso causa necessi-
tatis et iuamenti. necessarium enim fuit vt sa-
guini admisceret ad applicandum sanguinem
ad membra/ colerica temperanda et nutrienda. qm̄
in hoc sanguine oportet esse coleram rubeam ac-
tualiter s̄m debitam proportionem hmoi membro-
rum. Iuuat ena vt sanguis subtilietur/ vt faci-
lius transiat p angustos meatus ad interiora cor-
poris nutrienda. Alia vero pars que ad astra fel-
lis trahitur trasmittit ad ipsam causam necessitatē
et etiam iuamētū. necesse enim fuit ppter ma-
dificationem totius corpis et ppter nutrimen-
tum ipsius fellis. Iuuat ena stomachum et inte-
stina calefaciendo et pungendo/ vt a superfluis
se exonerent. Ideo enim sepe accidit torsio et
ventris dolore colerica passio. qz via opilatur
que est inter fel et intestinum. Innaturalis cole-
ra est que egreditur a natura ppter aliquod ex-
tranum sibi committum. Nam ex commixtione cu
colera rubea et flegmate aquoso generatur cole-
ra citrina que ceteris est nimis calida et nocua
Si vero fuerit flegma grossioris essentie et spis-
sioris inde colera vitellina. Iste due spes sunt
noce. Tertia species est colera que dicitur prassi-
ua in colore viridis et amara. acuta sicut herba
que prassium/ idest manubiū vel porus nuncu-
patur. Nascitur aut in stomacho illorum que co-
ntinue vtuntur herbis nimis calidis vt porris/
cepis/ allijs/ nasturais et hmoi. et forsan a tali-
bus herbis viridibus et crudis in calore strabit
virorem et sic galie. visum est. Auicē. aut visum
fuit qd prassium generat ex colera vitellina qm̄

Colera dux

*flegmatis in alio
quor species*

nitius adunetur. cum enim adunetur adustio in
 ea facit nigredinē. ex qua cum admittat mitta/
 vinditas innoctuat. *Frugiosa vero colera ē*
quarta spēs que per vitiorē adustionē gene-
tur ex prassiva. quā enim tū adunetur q̄ eius hu-
morositas exsiccat/ tūc dedinatur color eius ad
albedinem/ qualis est color cineris. nam calor
in humido corpe primo nigredinē efficit. dein
de cōsumpta totaliter humiditate albozē quā
dā introducit. vt est videre in lignis que pri-
us q̄ cōuertant in cinerē/ cōuertuntur in carbonē
frigiditas vero cōuerso in humido facit albe-
dinem. in siccō aut nigredinē opantur. sed bec vl-
tima oibus alijs peior est et venenosior cuius
venenosa qualitas pessimas et mortiferas in-
ducit in corpe passiones. sicut bispilam/ et no-
lū me tangere etc. Prōdi humor igitur colericus
naturalis nō excedens terminos nature/ est aliō
rum humorū subtilitatu/ digestionis cōforta-
tiuus/ fecis et putredinis mundificatiuus/ cor-
poris scdm dimensionē longitudinis et altitu-
dinis distensiuus/ animositatis et audacie gene-
ratiuus/ mobilitatis et leuitatis affectiuus/ ad-
itram et ad appetitū vindicte excitatiuus/ vene-
ris appetitus puocatiuus/ virtutis expulsiue ad-
iuuatiuus/ materie grosse attenuatiuus/ et a cōtro-
vsq; ad circūferentiam diffusiuus/ secundum ci-
trinitates et nigredinē superficiali substantie i co-
lore mutatiuus. Unde nota q̄ ipsi colerici ge-
*neraliter solent ēē iracūdi/ animo immanisuci/
 leues/ instabiles/ impetuosi/ in corpe longi/ te-*
nues/ et macilentū/ colore fusca/ in cimbis ni-
gri et aspidi bispidi et bispili tactu calidi/ et pul-
sus fortis et velocis. eorum vrina in substantia
est tenuis et subtilis in colore. ignea/ rutilans et
clara. bec colera si in aliqua parte corporis fuerit
corrupta mollescimas inferit corpi passiones
Quarum bec sūt generalia signa. Sicut enim
dicit cōstan. in panteg. li. ix. c. ij. Si corpi dñef
colera corrupta/ erit eius glauca vel atria et
erit defectus appetitiue virtutis. amaritudo sē-
titur in ore/ ita q̄ dulcia videntur amara/ et sapi-
da insipida. pūctura et ardor in stomacho et ca-
lido fumo pūgente neruos stomachi et mordā-
cante abdoiano cū vomitu colerico cum siti/ lin-
gue siccitas et fumo calido tracheam arteriam
deficcante/ et humorē saliualem circa neruos li-
gue cōsumēte/ oculorū cōcauitas cum humido
aspectu/ pulsus subtilis velox et spissus vrina
rubea et intensa/ dolor capitis grauis/ vigilia et
aliquatio mentis horribiles visiones in som-
nis. tales enim somniant de igne fulgore/ et
stupēda aeris inflammatione. qd̄ fixet igneo fu-
mo petēte cerebrū et imaginatiuā immutante.

Melancholia ē humor spissus et gros-
 sus et feces et turbulencia sanguinis
 generatur. Et dicit a melo quod ē
 niger et colin qd̄ est humor/ inde dicit melanco-
 lia quasi niger humor. unde a phisias colera
 nigra nūcupatur. nam color eius dedinatur ad ni-
 gredinē. Est autē melancholia alia naturalis/
 alia innaturalis. Naturalis frigida est et siccā
 que fit in sanguine sicut fer in vino h3 genera-
 ri cur/ substantia est spissa et terrestis. cuius sa-
 por inter dulcedinē et ponticitatez existit vicin/
 accudini. Pec melancholia in duas ptes habz
 diuidi. quarū vna remanet cū sanguine et pene-
 trat secū ad membra cā necessitatis et iuuamēti
 fuit enim necesse vt cū sanguine misceret vt ap-
 tificaret sanguinē ad membra malancholia nu-
 trienda. *Iuuat etiā sanguinē qz in spissat cum*
ne sua liquiditate subterfugiat digestionē. Se-
cūda vero pars transmittit ad splenē ppter ne-
cessitatem et iuuamentū. necesse enim fuit hoc p-
pter mundificationem totius corporis et ppter nu-
trimentū ipsius splenis. Iuuamentū vero ē vt
pfluat in os stomachi vt. l. ipsuz fornicet et in-
spisset et vt ibi puritum faciat. et sic excitet famē
et cooperat ad desiderium nutrimenti. Illud autē
est melancholicū quod est superfluum sanguini trā-
mittitur ad splenē. et quod a splene egreditur est
illud quo nō indiget splen ad sui nutrimentū.
et sicut colera rubea iuuat stomachū ad expellē-
da supflua inferius/ sic melancholia iuuat virtu-
tem appetitiuam superius. Dicitur autē fer san-
guinis potius q̄ colere vel flegmans qz resu-
dat et separatur a sanguine sicut descendit bypo-
stasis vrnalis siue sedimē in liquore. De fleg-
*mate vero nihil resudat nec descēdit. ppter ei/
 viscositatem. Similiter nec de colera ppter ei/
 subtilitatem. et ideo fer colere vel flegmatis nō
 vocat. Melancholia autē innaturalis non est ad-
 modum bypostasis siue residentie et fecis/ sed
 p modum adustionis et cineritatis. et hoc acci-
 dit istis modis. agens enim calor nimis in sub-
 stantiam flegmatis ipsam adurit et p adustio-
 nem nimā in colerā adustam puant. et si fuerit
 humor primo subtilis et aquosus quā adunetur
 efficit falsus. et si fuerit grossus trahit ad accē-
 nem vel ponticitatem. Si vero contingat san-
 guinez aduri vel incinerari cinis eius fit falsus
 cū quadam dulcedine pauca. sed quādo cōtin-
 git melancholiā naturalē aduri illa adustio seu-
 cinis erit acris sicut acetum. et cū cadit in supflū-
 em terre/ ebullit. cuius odo: est grauis et acris
 sicut acetum quē musce fugiunt ppter odoris
 horribilitatem. et illa siquidem que magis est
 acris deterior est. Si vero melancholia quando*

De quali. et humo

aduritur grossioris fuerit/substantie erit cinis
eius minoris acedinis cum ponticitate pauca
que cadēs sup terrā nimis ebullit & nimis i mē
bra penetrat. nec ē minus maliciosa & veneno
sa sed ita cito pimit sicut prima. **Hec colera ni
grā est nature inimica & pessimas hz ac mori
feras qualitates. morbus enim inducit incura
biles. sicut canorū/lepram/et bmoī. ex admirā
one igitur incinerati p adustionem nimiam fle
ginatis/sanguinis & melancholie naturalis/me
lancholia innaturalis & pessima generatur & cō
er flegmate p decoctionem generet sanguis et
er sanguine p intensionem generet colera. ex co
lera vero melancholia/impōssibile est ex ea hūo
morem vltimus generari/sed tantūmodo inci
neratur. et ex illa incineratione naturalē humo
rem inficiente ille humor pessimus accidentalē
ter pcreatur. vt dicit constan. li. i. c. xxiij. **Istius
humoris domināns in aliquo corpe hec sūt si
gna. primo qz calor artis mutat in nigredinez
vel liuorem/more sennit acidū saporem/ponti
cum & terrestrem sūm humous qualitate paties
aīmo est timidus sine cō. vnde galie. Si timor
aliquis demonstrat sine cō/passio eius est me
lancholia. vnde oēs hanc passionem habentes
sine causa sunt timidi sepius atqz tristes. & hoc
ex melancholico humore cor cōstringente. vnde
sic tristes interrogati quid timeant vel pro quo
doleant aut nō habeāt quid respondeāt. Alij
tamen mortem sibi imminere putant irōnabi
liter. alij inimicitias alicui formidāt. alij mor
tem diligunt & desiderāt. vnde galie. in lib. pas
sionum. Nō est mirū (inquit) si patiens colerā
nigram/mistidam/vel mortis suspicionē pati
atur/cum exterius in corpe obscuritate nihil sit
timidius. vnde qsi aliquod obscurū. vt ē fum?
melancholicus opit cerebrum/necesse est vt pa
tiens timeat. qz causam vnde timeat seors por
tat & ideo somniat terribilia & tenebrosa & vi
sui pessima & in odore fetida & in sapore aceto
sa. ex quibus omnib? melancholia passio habz
nasci. Item maniacē & melancholicē dispositio
nis est quando tales de instabili gaudent & ri
dent. de re vero exstabili plāgunt atqz dolent
Item tales pna ceter tacent vbi esset loquens
dum. & insolenter loquūt vbi esset tacendus
Item alij putant se esse vas facile/terreūqz. & ti
ment tangi ne rumpant atqz frangantur. item
quidam putant se pūgnō mūdum claudere et
omīa in manibus cōtinere. & ideo manūs ad
abum nō extendunt timent qz si manūs exten
derēt/partes mūdi defluerent & perirent. item
quidam putant angelum tenere mundum & p
tedio velle mūdū dimittere cadere. & ideo ma****

nus erigunt & humeros volentes mūdum cor
ruentem sustinere. & multum recalcitrant qsi
manus & humeros supprimere a medijs com
pelluntur. item aliquibus videtur qz caput nō
babeant. vel si putāt se habere/illud caput pu
tant esse plumbeum vel asininū seu aliter mon
struosū. item alij audientes gallos cantare bra
chia erigunt & se pcutiunt & canentes se esse gal
los credunt. & tandem nimis clamantes rauca
in clamando vel muti fiunt. item alij in suspiri
onem pessimam irrevocabiliter incidunt. ppe
quod amicos odium vituperant & cōfundunt
immo quādoqz patiūt & occidunt. has & mul
tas alias mirabiles incidunt melancholici pas
siones. put refert galie. & alex. & multi alij auco
res quas quidem longum esset p singula enar
rare. qz hoc quotidie ad oculum experimur. si
aut nuper accidit quendam nobilem ad tantam
dispendiaz melancholie vino devenisse/qz nō
dis omnibus murlegum se putabat. vnde ali
as qz sub lectis vbi catti insidiantur muribus
quiescere non volebat. Forte tali pena peccatis
suis exigentibus perastus fuit nabuchodonosor/
qui put dicitur in hystorijis bestiam triformem.
s. leonem/aquilam/bouem septem anno
rum spacio se putabat. becautem de melanco
lia tbe alijs humoribus naturalibus & non
naturalibus. quantū ad hoc pnet opusculū
diatse nūc sufficiāt.

Melancholie signa

Finit Liber Quartus.

c 5